

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. III. Sacerdos Religiosus, consitens peccatum luxuriæ, potest per se loquendo alterutram circumstantiam subticere, si verum est, quòd Sacerdos obligetur ad castitatem ex voto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

existimas, filium vel filiam-familias, servos vel ancillas fornicantes, aut voluntarie se polluentes, peccare peccato iniquitatis? Noli existimare, si non vis errare, multiplicando peccata absque sufficiente fundamento.

36. Nec obstat; quod subinde ex peccato Religiosi sequatur ignominia Religionis; hoc enim per accidens est ratione publicationis, non praeceps ratione voti. Unde non habet locum in peccatis occultis, que tamen non minus opponuntur, & prohibentur voto castitatis Religiosa, quam peccata publica; & de utrisque loquitur Cardinalis supra, ut patet ex eius verbis. Quapropter non nullum ei assentiri in hac re, sed permaneo in priori resolutione, & ex ea deduco sequentem:

CONCLUSIO III.

Sacerdos Religiosus, confitens peccatum luxuriae, potest per se loquendo alterutram circumstantiam subducere, si verum est, quod Sacerdos obligetur ad castitatem ex voto.

37. Probatio. Concl. Sanchez. Diana.

Est sententia Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 27. n. 30. & Aliorum, quos citat & sequitur Diana p. 1. tract. 7. refol. 3. Probatur; quia tota malitia sacrilegii in hoc calu confitit in transgressione voti solemnis castitatis, quod voto est ejusdem rationis in Sacerdotio & Religioso; quia in moralibus tacitum & expressum aequiperantur; ut patet in tacita professione, ex qua non minor aut alia specie oritur obligatio, quam ex professione explica; per consequens non minor aut alia specie obligatio oritur ex voto castitatis, ex constitutione Ecclesiae annexo Ordinibus sacris, quam ex professione Religionis, et hoc prius voto sit implicitum, posterius autem explicitum.

38. Objecito.

Sed dicas aliquis: Unde constat Sacerdotem obligari ex voto, & non potius ex precepto Ecclesiae? Nam fieri potest, ut initianus Sacerdotio positivè nolit vovere castitatem, & tamen obligabitur ad eius observantiam; unde, nisi ex precepto Ecclesiae? Et hoc preceptum ex quo motivo impositum? Nonne propter reverentiam ministerii? Ergo tali calu duplex est obligatio in Sacerdotio Religioso, una ex voto, altera ex precepto Ecclesiae, specie distincta; quia ex motivo specie distincte: nam voto obligat propter fidem Deo datum, istud autem preceptum propter reverentiam ministerii, qui sunt fines specie distincte ejusdem virtutis Religionis; sicut specie distinguitur finis voti à fine jura-

menti, qui est, ne Deus adducatur in testem falsi.

Proinde sicut duplex est peccatum specie distinctum, & necesse in Confessione explicandum, violatio voti & juramenti de eadem re; pari ratione in calu propposito fornicatio Sacerdotis Religiosi erit duplex specie peccatum, in Confessione explicandum, unum contra præceptum castitatis proper reverentiam ministerii, alterum contra votum castitatis ex motivo cultus divini,

Respondeo concedendo torum; & ideo in Conclusione dixi: *Per se loquendo; nam prorsus per accidens est, & calu metaphysicus, quod initianus sacris Ordinibus nolit positivè vovere castitatem.*

Ex quo etiam festinè cognoscitur, quare adiucerim illam conditionem: *Si verum est, dos obligatio quod Sacerdos obligetur ad castitatem ex voto; quia cum in calu jam allegato obligatur ex solo præcepto Ecclesiae (alioquin non obligatur) putant Aliqui, in omni calu obligacionem continentiam annexam esse Ordinibus factis ex sola lege Ecclesiastica, & non ex voto explicito.*

Præ hac sententia citatur Doctor Subtilis l. 4. dist. 37. q. 1. n. 2. ubi interrogans, quæ sit ratio, quare fæcerit Ordo illegitimè impliciter ad matrimonium? Videtur (inquit) Aliquis quod propter votum annexum sacro Ordini..... Sed contraria: aut voto illud est sic annexum, quod suscipiens votet; aut est tantum ex precepto Ecclesiae quasi annexum, quia tenetur ita servare ac si rovet. Primo non, quia nullus votens votat voluntum; sed iste suscipiens Ordinem sacram expedita habet in voluntate non continentem: ergo posibile est, quod ipse non rovet continentiam. Si dicas; quod rovet factum, quod facit in suscipiendo Ordinem sacram; quia antiqui Patres Latini votarent, & iste suscepit simile signum. Contraria: Nullus tenetur ex voto ad vatum factum ab alio, maximè si habeat vatum contrarium. Præterea, Orientales suscipiant idem signum, & tamen sine voluntate castitatis. Hæc ille.

Respondeo: Est objecito, ex qua non colligitur meps Auctoris: neque ibi disputatur expressè Scotus, an obligatio continentiae affirmatur ex voto, an verò ex sola lege Ecclesiæ; sed querit, quæ sit ratio, quare illa obligatio continentiae (sive sit voti, sive sit præcepti Ecclesiastici) irrater matrimonium sublequeens, cum certum sit, non omne votum castitatis dirimere Matrimonium sublequeens, ut nec omne præceptum Ecclesiae: Universalia enim (inquit Doctor) in iure statutum prohibens hoc fieri, non illegitimat, sed operatur, quid continat talen sententiam, quid contractum fuerit, dirimatur, vel si copulati fuerint, non sunt aliqualiter tolerandi. Itaque mens Scotti incerta quantum ad præsens punctum, quamvis judicem non improbabile (ut proprio loco videbitur)

videbimus) præcepto Ecclesiæ. Inter obligationem nolit vovere.

Hinc Boni & voti redemptor agens proponit ex op. un. de dicti solemine, quod in 6. n. dimittit susceptionem & expressam vel ita per Sedem Ap. &c. Ubique legitimatum & votum explicitanter votis: ergo continentiam voto, & non forte in calu.

Dico: Et

videatur semper fæstisca, non tanta præceptum cipit illud votum ministerii: a ipso peccaret, diffunditum à motu, & fæstione specie pmissa, S. Ordinibus, fidelitatē dicitur & non contra taliter implievit.

4. Quidam.

Tantum l. Conclusionis Ecclesiae prohibe guineos, varians; sic etiam matrimonium Ordinis facili status Religio flantiā distinetur.

Respondeo: propter fidelitatem matrimonis; & si coinvolutabilitate. Quare inducere speciem servandam illam tenerent sito Sacerdos neretur ad clementi, cuius felicitate obferre principaliſ ac tū, propter

Videbimus obligationem continentia ex solo precepto Ecclesiae esse annexam sacris Ordinibus. Interim communior sententia agnoscit obligationem voti, nisi initiandus positivè nolit vovere.

Hinc Bonifacius VIII. cap. unico de Voto & voti redemp. in 6. *Presentis declarandum du-*
ximus oraculo anticonfessionis, illud solum votum debere
dici solemne, quantum ad post contractum Matrimo-
nium dirimendum, quod solemnisatum fuerit per
susceptionem sacri Ordinis, aut per Professionem
expressam vel tacitam, factam alicui de Religiosis,
per Sedem Apostolicam approbatam. Reliqua vero
vota &c. Ubi Pontifex aequiparat votum fo-
leminizatum per susceptionem sacri Ordinis,
& votum solemnizatum per Professionem
explicitam vel tacitam, & distinguuntur a reliquis
votis: ergo videatur significare, obligationem
continentia esse annexam Ordinibus sacris ex
voto, & non ex sola lege Ecclesiastica, nisi
fors in casu supra posito, quando initiandus
positivè nollet vovere.

Dico: *Et non ex sola lege Ecclesiastica;* quia videatur semper intervenire aliqua lex Ecclesiastica, non quasi Ecclesia novum continentia praeceptum statut; sed quia Ecclesia praecepit illud votum emitiri propter reverentiam ministerii: adeoque qui nollet emittere, hoc ipsi peccaret contra illud praeceptum, specie distinctam à voto, propter specie distinctum motivum, & teneretur illud peccatum in Confessione specialiter explicare. At vero voto jam enasco, Sacerdos aut alius initiatus sacris Ordinibus, forniciando tantum peccat contra fidelitatem debitam Deo ex voto castitatis, & non contra praeceptum Ecclesiae, quod totaliter implievit; de quo plura suo loco.

Tantum hic obiectio, quod praecedenti Conclusione objicit: *Sicut ex eo, quod Ecclesia prohibet matrimonium inter consanguinitatem, variatur species peccati fornicationis; sic etiam ex eo, quod Ecclesia prohibeat matrimonium Sacerdotibus, ob reverentiam Ordinis sacri, & Religiosi, ob reverentiam status Religiosi, sequitur in utroque circumstantia distincta mutans speciem.*

Respondeo: Ob eundem finem, scilicet, propter fidelitatem Deo servandam, prohibetur matrimonium Sacerdotibus & Religiosi; & si contractum fuerit, dirimitur, ut sic inviolabiliter prorsus votum castitatis observent. Quare illud impedimentum non debuit inducere specialem obligationem ad continentiam servandam, cum iam ante ex voto ad illam tenerentur. Si tamen in casu supra posito Sacerdos non vovisset, tunc equidem teneretur ad continentiam ex vi istius impedimenti, cuius finis quidem principalis debet, scilicet observatio voti; finis tamen minùs principalis adest, scilicet eminentia illius status, propter quam solam (etiam secluso omni-

voto) potuisse Ecclesia talen prohibitionem facere, sicut patet in aliis impedimentis.

Quia tamen quando votum adest, finis principalis illius voti & precepti idem est; ideo non consentur inducere distinctam obligationem, in ordine ad vitandos actus veneficos; etiò preceptum inducat novam obligationem non contrahendi matrimonium, ut notavi Conclusione precedenti; que obligatione non est in materia castitatis, sed est obligatio reverentia debita Sacramentis, & forte etiam obligatio iustitia;

Fateor igitur, eminentiati Ordinis sacri; & eminentiam status Religiosi, fuisse causam aliquam impulsivam, & quasi allicientem voluntatem Ecclesie ad constituentem impedimentum dirimendum: ceterum dico, causam fiduciam & principalem fuisse, perpetuam & stabilem observantiam voti, quae maximè decet homines in eminentiori statu constitutos; ut sicut præcellunt ceteros dignitate, ita etiam præcellant observantia castitatis & fidelitatis Deo debite. Quod autem hæc vel illa dignitate præcellant, materiale est, & ideo illæ dignitates non diversificant moralem speciem actus sive boni, sive mali. Sicut ergo observantia castitatis in Religioso, non habet moralem bonitatem, specie distinctam à bonitate observantia castitatis in Sacerdote; ita nec transgressio castitatis in Religioso, haberet moralem malitiam, specie distinctam à malitia transgressionis castitatis in Sacerdote.

Quarundam ad impedimentum Ecclesiasticum consanguinitatis, ideo illud statuit Ecclesia, ut ostendat ibi esse specialem de formitate contra reverentiam debitam consanguinitatis: quod motuum etiam inventur in copula fornicaria. Unde dispensatus, ut contrahat matrimonium, non peccat duplice peccato, si antea fornicetur; quia tota malitia deducitur ex prohibitione matrimonii: hæc ergo sublatâ per dispensationem, etiam illa tollitur. Secundus in nostro casu, ubi fornicatio censetur sacrilegia, ante omnem prohibitionem Ecclesie (ut pater) quia est contra votum. Quare dispensatus ad matrimonium, adhuc peccaret peccato sacrilegii, si ante fornicaretur. Sed de his plura alibi.

Impræsentiarum hoc unicum notaverim: 44.
 votorum
 pertinens est ad multiplicationem peccatorum;
 ut patet in illis, qui singulis annis renovant ad
 suam Professionem, quos nemo propterea ar-
 guit de pluribus sacrilegiis, si contingat ipsos
 (quod absit) fornicari. Ergo similiter etiò Reli-
 giosus suscipiens Ordinem sacrum, iterato
 voveat castitatem & quasi renovet votum fo-
 lemne castitatis, non indè debet judicari reus
 plurium sacrilegorum, sed unius tantum
 mortalism sacrilegii, si contingat (quod absit)
 ipsum fornicari.

Nee obstat; quod in hoc casu fiat contra Obiectio
 diluvium
 reve-

reverentiam duplicitis statūs, scilicet statūs sacerdotalis & Religiosi; quia illa reverentia fecluso voto castitatis, non est mortalís, ut patet ex aliis peccatis, quæ etiam sunt contra reverentiam illorum statuum, & tamen indè non contrahunt novam speciem malitie mortalís.

45.
Sacerdos
dicendo se
habere Or-
dinem fa-
ctum.

Ex quo sequitur; satisfacete Sacerdotem non explicando Sacerdotium; sed dicendo, se habere Ordinem sacram: quia votum annexum cuilibet Ordini sacro ejusdem rationis est; major autem consecratio seu dignitas personæ, & per consequens major reverentia ipsi debita, non addunt circumstantiam specie diversam; sed ad summum aliquam malitiam majorem (etsi non notabiliter) intrâ eandem speciem, aut certe malitiam tantum veniale.

Et vero quis Confessoriorum apprehendit; Sacerdotem, confidentem peccatum fornicationis, commissum triplex sacrilegium, unum contra votum annexum Subdiaconatu, secundum contra votum annexum Diaconatu, & tertium contra votum annexum Sacerdotio? Et tamen illa vota tam distincta sunt, quam votum Ordinis sacri, & votum Professionis Religiosæ.

46.
Facilius di-
spensatur
cum Sub-
diacono,
quam cum
Sacerdote.

Neque dubium est, quin facilius dispensetur cum Subdiacono vel Diacono, quam cum Sacerdote: ergo licet facilius dispensetur cum Simplici Sacerdote, vel cum Simplici Religioso, quam cum Sacerdote Religioso; indè tamen non arguitur duplex sacrilegum specie aut numero, in fornicatione Sacerdotis Religiosi; sicuti non arguitur in fornicatione Sacerdotis triplex sacrilegium, eo quod singulis Ordinibus sit annexum votum castitatis.

De cetero (ut finem imponamus huic casui) quod hæc dicitur est de ipso penitente, habente votum vel Professionis Religiosæ, vel Ordinis sacri, idem dicendum est de penitente; qui peccavit cum persona sacra; v.g. femina, que peccavit cum Sacerdote Religioso, satisfacit dicendo: Peccavi cum habente votum castitatis.

Sed dicit aliquis: Petro habenti votum castitatis, ego Paulus consului fornicationem; numquid teneor votum Petri explicare in Confessione? Responso erit

CONCLUSIO IV.

Qui suo consilio causa fuit, ut Petrus, habens votum castitatis, peccaret contra castitatem, tenetur votum istud explicare: secùs, si tantum indirecte illud

peccatum voluerit; v.g. si Paulus præviderit, quod ex sua actione Petrus acciperet occasionem peccandi contra castitatem, ipse tamen id non intenderit.

S

Candalum aliud est directum, quando directe intenditur ruina proximi: aliud in directum, dum quidem ruina non intenditur; cognoscitur tamen probabilitas consequenda. Aliqui subdividunt scandalum directum in illud, quod committitur intendendo peccatum alterius, quatenus hoc ipsi malum est; & in illud, quod committitur intendendo peccatum alterius, non quatenus hoc ipsi malum est, sed quatenus habet rationem aliquam delectabilitatis aut utilis. Sed prius videtur posuisse peccatum odii proximi, quam scandalum. Hoc supposito, & omissois aliis difficultatibus, de quibus hinc non est locus disputandi:

Quæritur; an peccatum scandalum contrahit malitiam illius peccati, ad quod proximus inducitur; & per consequens, utrum in Confessione species illius peccati sit explicanda? Nonnulli existimant tam scandalum directum, quam indirectum, contrahere malitiam illius peccati, ad quod proximus inducitur, & per consequens, in Confessione speciem illius peccati esse explicandam, nostra Conclusio distinguunt.

Ut autem incipiatius ab eo, quod communius & verius est, id est, à prima parte; Ratio ejus à priori est: quia effectus efficax contrahit omnem malitiam; qua est in objecto: ergo consilium seu persuasio fornicationis sacrilegæ contrahit malitiam sacrilegii: ergo qui consilio vel persuasione causa fuit, ut alius, habens votum castitatis, peccaret contra castitatem, tenetur votum istud in Confessione explicare, dicendo: Consilio fui causa fornicationis sacrilegæ, & non satisfacit, si tantum dicat: Fui causa fornicationis; vel: Fui causa peccati mortalis, non exprimendo, nequidem malitiam specificam fornicationis.

Antecedens ab omnibus admittitur: vel enim effectus efficax nullam malitiam contrahit (quod liquidum constat esse falsum) vel omnem contrahit; quia non est ratio, cur potius hanc contrahat, quam illam: siquidem effectus efficax, quantum est in se, ponit opus à parte rei; ergo necessariò vult virtualiter & interpretative omnes circumstantias illius, & omnem malitiam quam hic & nunc habet objectum, sive aliqua per mentem præscindatur, five non. E contrà verò, cùm simplex complacens, seu delectatio morosa, non versetur circa opus externum, ut finem & terminum ejus, sed solùm circa opus externum, ut ponitur

ponitur per in-
objeto illa n-
tions, & ne-
lam, vel solari-
het. Quod si
nibus sit dele-
illas; per co-
explicare in C-

Ergo consi-
fæcile con-
objectum mor-
non. Conseque-
fit, consilium
non magis por-
ipso actu exter-
Et idem est
reperitur in a-

Igitur hoc ip-
præceptum na-
tivum constitutum
illius speciei; &
tur in ratione p-
efficax illius:
v.g. jejuniu-
non possit me c-
jejunandum; &
me, ne habeam
nisi sui præcep-
quo obligat fu-
sulta etiam in-
bendi affectum
cepti; sive ob-
confito, mand-
lationem sui pr-

Si inferas: Es-
rio sine causa,
peccat contra ju-
do totum; non
quia est causa,
Quod verò di-
ejusdem ad se ip-
nemo se lædere
ut nemo in lepi-
inserendo sibi d-
men repugnat al-
in seipsum, &
complacendo fi-
alter sibi infera-
consulit alteri,
actum justitia,

Dicit fortè
detur uferatio
illud: Scienti &
tali casu ufer-
stiriam; conse-
quia revera no-
ratis donationis
Respondeo
ad huc posse m-
tia uferarii, q-
nationem; &
tem tamquam